



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Ivre, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

IX. De obligatione commodantis, & commodatarij comparatione rei
commodatae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

PUNCTVM IX.

De obligatione commodantis, & commodatarij comparatione rei commodatae.

- 1 Si res commodata inutilis sit, & vitiosa obligatur commodans illius vitium manifestare.
- 2 Commodans obligatur sumptus factos à commodatario in rei commodatae conseruatione ob casum fortuitum compensare.
- 3 Commodatarius tenetur finito tempore rem commodatam domino reddere, neque pretextu compensationis excusari poterit.
- 4 Perante commodato si postea comparat qualiter commodatarius recuperare potest?
- 5 Alia de commodato, & deposito suis in locis explicata sunt.

IN primis conueniunt Doctores, si res commodata inutilis sit & vitiosa obligatum esse commodantem illius vitij consensum mouere commodatium, alioquin obligabitur omnia damna inde commodatario obuentionia resarcire, vt pote qui illorum fuit culpabilis causa, deciditur *leg. in commodato §. scilicet. & leg. in rebus §. item qui sciens. & leg. penult. ff. commodati. & notatur Mol. disp. 294. §. hic antequam Eman. Saa verbo commodatum. n. 2. Laym. l. 3. sum. secti. 5. tract. 4. c. 14. n. 3.*

Secundo tenetur commodans soluere commodatario expensas quas in re commodata ob casum fortuitum fecerit, quia commodatarius totum videtur alitricus ad eas expensas prestandas, quae ad rei commodatae custodiam, illiusque conseruationem inspecto communi rerum cursu necessariae fuerint. Quare sumptus in infirmitate mancipij commodati factos vel in illius à faga reuocatione, aut à periculo, & naufragio liberatione iuxta ea quae *sup. praecedent.* diximus refundere commodans tenetur, nisi forte si sumptus extraordinarij valde exigui essent, quod arbitrio prudentis relinquitur. Sicuti habetur *dicta leg. in rebus §. pessunt. ff. commodatarius. & leg. 7. tit. 2. par. 5. & ibi Gregor. Lopez.*

Tertio commodatarius finito tempore concessio tacite, vel expresse debet rem commodatam Domino etiam non exigenti reddere, quia dies statuta pro Domino interpellat. *cap. vi. de locato. leg. magiam. Cod. de contrahend. stipulat.* Alioquin tenebitur omne luctum cessans, aut damnum emergens inde domino proueniens resarcire. Quingimo si conuicium fuerit condemnari debet non solum ad rei commodatae restitutionem, sed insuper ad restitutionem quanti res illa aestimabitur iuxta *leg. non abs. re. C. de. Vnde vi.* Nec ab hac obligatione excusari poterit pretextu debiti compensationis, quia in commodato, sicuti in deposito non admittitur compensatio iuxta *leg. ult. Cod. de commodato §. leg. 9. tit. 2. par. 5.* nisi forte debitum fuerit ortum ex suspensibus indubitatis in illius custodiam, vel conseruationem, postquam res commodata est, vt bene aduertit Gregor. Lopez. *dicta leg. 9. & Mol. disp. 297. circa finem.* vel nisi res commodata restituenda sit in pecunia, eo quod culpa commodatarij perierit, quia tunc non commodatum, sed debitum loco commodati restituendum venit. Vnde mirum non est quod in eo admittatur compensatio, vt ex gloss. in *d. leg. vlt. aduertit Molina supra.*

Quod si commodatarius rem amiserit, & illius aestimationem reddiderit illis in euenibus, in quibus reddere obligatur, si postmodum dominus eam inuenierit in eius est potestate, vel illam retinere, vel eius aestimationem, vno tamen electo alterum commodatario concedere iuxta *gloss. in l. in commodato §. fin. ff. commodati & l. regia. §. tit. 2. par. 5. & tit. Greg. Lopez.* Si autem res apud extraneam reperta sit, esto commodatario non videatur competere actio rei vindicationis, quia neque illius dominium vel possessionem habuit, atamen utilem in rem actionem, quia pretium soluit optime habere potest. Iuxta *leg. si culpa ff. de rei vindicat. vel saltem intentare poterit actionem conuictionis sine causa ad repetendum pretium solutum. leg. si fello ff. de condit. sine causa.* vt latius notat Greg. Lopez. *d. leg. 8. per Texerim. ibi.*

Supererat dicendum si res commodata petijt nam interuentij cuius periculo porrat an commodantis, an commodatarij. Sed de hac questione diximus *disp. 2. punct. 16. §. 9. & punct. 18. §. 11.* Item an res commodata, seu deposita restituenda sit, si in damnum depotentis eederit restituitio. De quo diximus *ea dem. disp. 2. punct. 17. §. 6.* Item ab in deposito admitti posse compensationem, *punct. 16. §. 2.* De ordine vero restitutionis qualiter preferendum est depositum alicui debitis, *supra dictum est punct. 18.*

* *

DISPV

ciens percipiat sibi rem illam custodiendam concedi, vt constat *ex leg. si ergo. §. vlt. ff. de iure dorum & notatur Ant. Gomez. 2. var. cap. 7. numer. 2.* Gregor. Lopez. *leg. 1. tit. 3. par. 5. gloss. 1. Mol. disp. 522. in prin. Reb. lib. 1. p. lib. 16. quasi. vnica. de deposito numer. 17. §. est autem & alij.* Nautae vero, caupones, & stabularij ex eo tantum quod in ipsorum nauis vel domo ipsi, aut eorum domesticis ad id deputatis vendentibus res hospitium deponantur, censentur sufficienter eis custodienda tradi, cum ipsi officio custodiae impendant, vt expresse colligitur *ex leg. 1. §. vlt. & leg. 2. ff. nauae. caupones. & aduertit Reb. & Molin. loc. cit.* Nihilominus tamen censet Lessius, *lib. 2. cap. 27. dub. 3.* interitum dum nauita, caupo, seu stabularius non praemouentur de custodia obligationem custodiendi res hospitium non habere, sed ipsos hospites velle custodiam assumere, quia sic consuetudine, inquit Lessius, introductum est ob multitudinem accedentium, & recedentium.

PUNCTVM VIII.

Teneaturne commodatarius, depositarius, conductor &c. cum iactura propriarum rerum res commodatas, depositas, conductas & pignoratas seruare?

- 1 Si solua sint res omnia, & commodatum perit in foro externo tenentis.
- 2 Commodatum pretiosum tuis rebus vilibus preferendum est.
- 3 Si aequalis aestimationis fuerit preferendum est tuis rebus, si in tui gratiam factum est, secus si in gratiam deponentis.
- 4 Si commodatum sit vilius postponendum est tuis rebus.

Quaestio procedit, cum vtraque saluare nequis. Et quidem inspecto foro externo, si permissas commodatum perire, cum omnia tua salua sint praesumitur in dolo esse, nisi contrarium probes, ac per consequens ad satisfaciendum obligaberis, vt colligitur *ex leg. cum Nerua. ff. de offit. & leg. si ut certo §. nunc videndum. ff. commodati. & cap. bona fides de deposito.*

At si constet vtraque saluare non posse subdistingrendum est, si commodatum maioris valoris, & aestimationis sit tuis rebus tenentis tuis res periculo exponere, vt commodatum seruare, quia tenentis eam custodiam adhibere, quam quisque prudens in rebus propriis praestaret: at quilibet prudens tuis res pretiosiores saluaret vilioribus relictis, ergo &c. Sic Mol. *disp. 296. in initio. Lessius, lib. 2. cap. 27. dub. 6. numer. 29.* tamen contra sentiat Reb. *lib. 2. p. lib. 16. quasi. vnica. ubi de deposito. numer. 23.* Greg. Lopez. *leg. 4. tit. 3. par. 5. gloss. 8.* cum Abbate in *cap. 1. de deposito.* Neque potes compensationem tuarum rerum à commodante exigere, si in tui gratiam commodatum factum est, quia ex vi contractus tenentis commodantem praestare indemnem cum tui causa periculo fuerint eius res expositae. Quod fecus esset, si commodatum in vtriusque fauorem esset, & à fortiori si in fauorem solius commodantis, quia esto vi contractus tenentis, aliena pretiosiora tuis vilioribus praestare, non tamen tenentis id gratis praestare, maxime cum alterius causam egeris, ac proinde actione negotiorum gestorum vales compensationem exigere. Sicuti Mol. & Lessius resolunt.

Quod si res commodata tuis rebus aequalis fuerit preferenda tuis est, si in tui gratiam fuit commodata, quia tenentis diligentissimus esse in illius custodia. Ob quam causam non potes compensare iacturam tuarum rerum, quia ad illius custodiam hac iactura fuit necessaria. Secus est dicendum, si commodatum in vtriusque à fortiori in commodantis utilitatem fuerit, quia eo casu solum tenentis eam custodiam praestare quam suis propriis rebus quilibet prudens apponeret. At cum ex tuis rebus plura aequalia sunt periculo exposita, neque vales omnia liberare prudenter eligis quae tibi placuerint, ergo &c. consentit Mol. & Less. *supra.*

Verum si res commodata vilior tuis rebus fuerit, poteris tua saluare re aliena relicta, tamen si in tui tantum commodum concessa, imprudens namque esses si viliora tui pretiosioribus praestares, aestimationem tamen illius astruunt Mol. & Lessius *locis citatis* res obligatum esse compensare. Nam cum illud periculum tui causa res commodata accepit, commodantem debes indemnem seruare. Sed verius existimo hanc obligationem solum esse ex decencia, & aequitate, quae fuit sententia Angeli *verbo commodatum, numer. 10. Syluest. numer. 9. Fum. numer. 11. & probabilem reputat Lessius dicto dub. 6. numer. 25.* Nam cum ex vi contractus non tenentis rem viliozem cum iactura pretiosioris custodire, & seruare, illius interitus, & deterioratio tanquam facta ex casu fortuito accipienda est, ac proinde nullam satisfaciendi obligationem inducit.